

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLII. TIT. III. De Cessione Bonorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

contra negationem, v. g. furti, restituitur, cum satisfaciendo potuisse evitare poenam quadrupli, vel dupli &c. Illa enim facile fieri intelliguntur ex lubrio & statim. Ideo quoque est, si in legem committit ex juris ignorantia, de quo ad Obj. 3.

Ex quo ipso apparet, secus videri, si proprii facti delictum fateatur: nec minor enim adeo destitutus est iudicio, ut ultro reum delicti se ipsum, nisi vere reus esset, constituturus sit. Tamdiu ergo pro reo habebitur, donec probet, non sussisse delictum, quo casu ne quidem opus est restitutione; quia & major tum liberatur, l. 23. §. f. l. 24. l. 25. pr. ff. at L. Aquil.

O B J. (1) L. 6. §. p. ff. de Confess.

R E S P. Non agitur ibi de facente delictum, sed regula ibi ponitur, cuius exceptio est in delictis. l. 37. §. 1. ff. de Min.

O B J. (2) d. l. 9. §. 2.

R E S P. Ejus iam exposta est sententia.

O B J. (3) L. 1. C. Si adi. del. ubi contra delicta, quae non ex animo, sed extra veniunt, restituitur & statim: adeoque & contra confessionem delicti.

R E S P. Loquitur ibi de delictis, quae non ex animo, sed extra, i. e. citra animum, ignorantia forte Juris, committuntur: ut exemplum est in L. 2. C. adi. Si mater minor negligat suis liberis tutores petere, illa privatur successione: at contra hoc delictum potest restituiri; quia delictum ejus in ignorantia Juris, non vero in animo consilii.

Atque ita minori, stuprum confessio, restitutio denegata fuit in contradictorio, in causa Budermanns, contra Philip, d. 8. Octobr. 1709. Mens. Maj. 1710. Conf. omnino supra tit. de Minor. q. us.

LIB. XLII. TIT. III.

DE CESSIONE BONORUM.

Qv. I. *An filius familiæ, fraude obaeratus, bonis cedere posse?*

Laut.pag. 581. verb. modo sit. N E G A T U R: Quia beneficia delinquentibus non dantur; vid. L. 39. de Min. L. p. de Jur. dot. L. f. de In jus vot. l. 7. §. 3. de Jurisd. l. 1. §. f. de Poen. Cessio autem est beneficium. L. 7. L. 8. C. h. Unde egenis poena extraordinaria, d. l. 1. d. l. f. vel corporalis, d. l. 7. infligenda est.

O B S T.

O B S T. *I. f. §. 4. C. de Cust. reor. ubi captis & pecuniarie damnatis datur hoc beneficium, si pœnam forte solvere nequeant.*

R E S P. (1) Loquitur de iis, qui sine fraude obærati, & custodiæ traditi sunt.

R E S P. (2) Constitutio hæc non est pars Corporis Juris, sed a privatis Jctis inserta, uti ex ipsa inscriptione apparet.

Qv. II. *An cession fiat in tantum, quatenus facere potest?*

N E G A T U R. Sed nec obolus relinquendus, arg. *L. 6. h. Laut. h.* *Laut. pag.*
D I S S E N T I T Treutlerus propter *d. L. 6.* ubi tantum, quantum *581. verb.*
facere potest, cedens tenetur, nec quotidiana alimenta auferuntur. *Dissentit*
Treutl.

R E S P. Agit de eo, qui cessit bonis, & deinde aliquid quæsivit, uti si alimenta ipsi legata sint annua &c. tunc enim beneficium competet in bonis, post cessionem quæsitis, habet.

Qv. III. *An cessione bonorum renunciari possit?*

N E G A T U R. Quia ea renunciatio continet obligationem ad carceres, *Laut. pag.*
quæ non valet. *I. 71. §. 2. de Cond. & dem. arg. L. 2. C. de Exac.* *582. verb.*

D I S S E N T I T Dn. Stryk. h. quia, et si nemo sit dominus membrorum, tamen actiones restringere potest. *Cui renunciare.*

R E S P. Immo nec jus libertatis infringi potest.

Qv. IV. *An beneficium cessionis etiam ad fidejussiones pertinet?*

N E G A T U R: Quia personale beneficium est, quod nec ad hæredes, *Laut. pag.*
neque ad fidejussiones transit. *L. 7. de Ext. L. 24. pr. de Re jud.* *582. verb.*

O B J. *L. 43. de Sol.* ubi accessiones quoque liberantur. *fidejussiones*
res nihil

R E S P. Per cessionem non liberatur reus a debito, sed a carcere; *juvantur.*
in *d. L. 43.* autem agitur de liberationibus ab ipso debito.

Qv. V. *An cedens infamia notetur?*

N E G A T U R. Quia ex calamitate sit, *L. 11. C. Ex quib. caus. infam.* *Laut. pag.*
arg. *Leg. 1. C. eod.* Vid. *L. f. in fin. C. h. Laut. h.* *582. verb.*

O B J. *Nov. 135.*

R E S P. Ignominiosum non est turpe, sed contemptus & calamitatis plenum; calamitas quoque contemptum patere potest, non infamiam.



QUIBUS EX CAUSIS IN POSSESSIONEM EATUR.

Qv. I. An magistratus municipa' er quoque in possessionem mittant?

Laut.pag. **N**EGATUR: Quia mittere in bona magis imperii est: minoribus 582. verb. autem magistratibus pignora tantum capere licet. *L. 4. de Jurisd. L. 26. pr. & §. 1. Ad Mun. Vid. supr. tit. de Jurisd. qu. 6.* Nisi sententiae &c. exequendae causa missio fiat. *L. f. de Off. ejus. L. un. Si quis jus dic. Ob. l. 4. §. 3. de Dami. inf.*

RESP. Magistratus Municipales id habent ex mandato Prætoris. *L. t. h.*

Neque hodie id mutatum: nam concessa bassa jurisdictione, tantum multæ, vincula & pignorationes continentur: neque videndum, quid quandoque fiat, sed si contendant duas jurisdictiones, quid juris sit.

Qv. II. An creditor conditionalis quoque mitti in bona possit?

AFFIRMAT. *L. 6. pr. h.* quoties scilicet caveri ipse debet, adeoque ex iis tantum causis, quibus missio fit, ut cautum sit: ut in legatis, *l. 11. l. 4. §. 1. h.* vel si debitor latitet, *d. L. 6. item si dolo debitor prodigat. arg. §. 1. de Div. sfp.* Id enim in primis pendente conditione petitur, ut secturus sit creditor, *l. p. §. 1. ibi: interest ejus, cautum labore &c. h.*

Secus ergo, si missio fit ex iis causis, quas executio sequitur: ex secundo enim decreto creditor conditionalis mitti nequit, *d. l. p. §. f. l. 7. §. 14. h.* quia actuale debitum nondum hic est, indeque res vendi nequit.

Qv. III. An missio fiat in loca debitoris, etiam sine dolo latenter?

AFFIRMATUR: Quia missio haec fit, ut cautum sit; nec ad hoc requiritur dolus, vel, ut intelligere possit debitor: unde haec missio fit in bonis pupilli & furiosi. *l. 6. §. 1. l. 7. §. 1. h.*

At

